

cite reservatam juxta sensum nonnullarum Dominorum simoniace labis esse immunes, (b) 8. vel etiam, simoniace reputanda fuissent juxta sensum aliorum, rejici utiliter minime valuisse à mandatariis, eisque rejectis, procedi ad stipulationem extinctionis Personatus, inficio, & non monito mandatore, (j) absque eo quod ex litteris mutuo inter Francisc. & Felicem conscriptis elici valeat, eidem Felici nunciatam fuisse ademptionem dd. conditionum, & consentaneam stipulationem instrumenti 9. in eisdem enim epistolis, una excepta, datum minime fuit aliquod reperire hujus nunciationis vestigium; ex illa vero una eruitur, dictum Felicem certiore esse redditum, quod menstrua præstatio duplarum quatuor cum dimidia ad minorem duplarum quatuor sine dimidia fuerat redacta, quodque in reliquis Francisc. promissam impleverat obligationem; at hæc nunciatio restricta ad solam menstruæ præstationis diminutionem, necdum ad probationem nunciationis circa ademptionem reliquarum conditionum non est traducenda; (j) 10. verum quod se habeat ad modum exceptionis quoad implementum reliquarum conditionum, mirifice confirmat earum immutationem scientiæ Felicis fuisse subtractam. (k)

11. Extremum præsidium in ratihabitione Felicis constitutum fuit rursus fragilissimum reputatum, cum appareret desititum necessario fulcramento scientiæ omissionis dd. conditionum in Felice, qua lemota, ratificationi non est locus; (l) & quamvis pro desumenda probatione scientiæ Felicis redibat Francisc. ad epistolas superius memoratas, incassum nitebatur, cum tantum absit, ut ex eisdem epistolis probari valeat, eundem Felicem assecutum esse scientiam extinctionis Personatus factæ contra legem mandati, ut ex opposito confirmetur, in probabili ignorantia fuisse verum. (m)

12. Facili vero negotio elidebantur cetera argumenta scientiæ Felicis deprompta, tum

ex verisimilitudine, quod Procuratores illius de rebus gestis fecerint certiores, tum ex decennali observantia extinctionis Personatus, tum denique ex petita, atque recepta per eundem Felicem administratione fructuum dicti Personatus adamusim respondente instrumento dictæ extinctionis: nam verisimilitudo nunciationis factæ à Procuratoribus, quæ ad summum induceret scientiam præsumptam, minime per se idoneam ratihabitionis actus tantopere præjudicialis, quæ veram ac certam scientiam requirit, (n) colliditur per suppositam à Francisco executionem promissæ obligationis in omnibus, præterquam in menstruali præstatione duplarum quatuor cum dimidia; decennalis extinctionis observantia cessat ex toto, si demantur anni, quibus Felici absentem Francisc. promissam obligationem præstitit integram, atque illæsam; 13. administratio vero, tanquam suscepta per Felicem, postquam Francisc. cessaverat à menstruali præstatione, ut posset se tolerare, & quidem cum expressa protestatione per Judicem admissa, quod illam acciperet citra suorum jurium præjudicium, multo minus apta fuit inducere ratificationem extinctionis Personatus perperam, ac nulliter contra mandati legem peractæ. (o)

Et ita omnibus Dominis suffragantibus, & utraque, &c.

E A D E M

C O R A M B O D E M.

Lunæ 7. Decemb. 1733.

A R G U M E N T U M.

Confirmantur binæ præcedentes Decisiones.

S U M M A R I U M.

I *Actus à Procuratore expletus contra formam mandati est nullus.*

For-

(b) Per doctrinam Præpositi. in cap. *Sed adhuc*, col. 1. in fin. quest. 1. Gigas de Pension. quest. 87. n. 2. & 4. Lortier. de Benef. lib. 3. quest. 29. n. 86. & seqq. Rot. cor. Burat. dec. 445.

(j) Ad text. in leg. *Si quis 27*. §. *Qui mandatum*, ff. *Mandat. Paris.* de Resign. lib. 9. quest. 17. n. 20. & seqq. *Rof. de Exequut. Litter. Apostol. Part. 1.* cap. 15. n. 28. vers. *Igitur cum conditio Amayden. de Styl. Datar. lib. 1.* cap. 32. n. 85. & seqq. *Rot. cor. Peuting. dec. 92.* sub n. 11. & cor. *Card. Caprar. dec. 171.* n. 19.

(j) Per text. in leg. *Ex factis*, §. *Item quæro*, ff. de *Valgar. & pupillar. cap. Ea nescitur. de Sentent. excomm. Giurb. dec. 79.* n. 28. in fin. *Rot. post Card. de Luc. de Fideicom. dec. 76.* n. 6. in Mantill.

(k) Ad regulam text. in leg. 1. §. *Sed excipitur*, ff. de

Per. Nat. conf. 159. n. 31. *Rot. cor. Comit. dec. 165.* n. 14. cum aliis in *Faventina Immisissio* 5. *Maii 1723.* §. *Aprime*, cor. bon. mem. *Crispolt.*

(l) Ad tradita per *Oldrad. conf. 329.* *Mench. conf. 2.* n. 295. *Hodiern. controv. 28.* num. 45. & seqq. de *Marin. resol. 191.* n. 15. lib. 2. *Rot. cor. Cello, dec. 22.* n. 10. *cor. Molines, dec. 738.* n. 25. & in *Romana Immisissio* 8. *Jun. 1714.* §. *Qui vero*, cor. clar. mem. *Card. Scott.*

(m) Per ea, quæ superiori §. fuerunt stabilita.

(n) Ut optime observat *Rot. dec. 430.* n. 4. *Part. 4.* tom. 1. & dec. 535. n. 32. & seqq. *part. 19.* recent.

(o) Ad regulam text. in leg. *Non solum*, §. *Morte*, ff. de *Oper. nov. nunt. Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 29. definit.* 51. n. 1. *Rot. cor. Emer. Jun. dec. 1031.* n. 6.

2 *Fortius, si in mandato apposita fuerit clausula, nec alias aliter.*

3 *Epistole scripta ad declarationem mandati Procura, ab eo separari non debent.*

4 *Ratificatio probanda est ex actibus certis, & univocis.*

5 *Adjuvata probatione scientia individualis omnium gestorum contra formam mandati.*

6 *Nec extenditur de actu ad actum.*

7 *Præsertim inconciliabilem.*

8 *Ratificationem non inducunt actus ad aliam causam referribiles.*

9 *Deficiente scientia actus, frustru illius ratificatio præsentatur.*

DECISIO VII.

Retenta facti specie in Decisionibus die XXVIII. Mart. MDCCXXIX. & XI. Maii proxime præteriti coram me proditis expositi, Domini in contumaciam Franc. Pasqual licet sæpius moniti judicio adesse negligentis non dubitarunt in decisio persistere.

1. Negari enim iterum videbatur, non posse reverti à Felice Pasqual petita ad possessionem bonorum, & jurium Personatus à Procuratoribus ab eo ad id constitutis extincti cum applicatione eorundem bonorum, & reddituum in causis in mandato Procura designatas, juxta facultates sibi à Fundatore impartitas, & consentaneas cum Constitutionibus Synodalibus Provinciae Tarraconensis, hoc ipso quod constaret, à Procuratoribus præstatis servatas non fuisse condiciones in eodem mandato contentas, quibus non impletis, sequebatur extinctionem nulliter, ac perperam factam esse: (a) 2. potissimum, ad stipulante clausula, non alias, aliter, &c. eisdem conditionibus adscripta, cujus est virtus, actum ex toto irritare ob ademptionem consensu ab ea promanantem. (b)

3. In his consistebant potissimum condiciones præfate, ut Franciscus, suscepta administratione bonorum, teneretur subministrare Felici menstruas duplas quatuor cum dimidia, ulque dum viveret, necnon expensas necessarias pro expeditione Bullarum; siquidem ali-

quod sibi à S. Sede Beneficium conferri contingeret, repræsentandas tamen per antecessum ad dicta menstrua præstatione, ex quibus sane conditionibus illam præsertim respicientem menstruam præstationem non fuisse impletam, apparebat ex instrumento extinctionis Personatus; & quamvis eadem conditio non in instrumento mandati Procura, sed in quibusdam epistolis à Felice Pasqual per scriptis fuisse apposta, hoc tamen non impediēbat, quominus dici posset, violatam fuisse mandati formam, quippe cum ad eam constituendam epistolæ nequiverint ab eodem mandato segregari, cujus in declarationem, tam à mandante fuerunt præscriptæ, quam à mandatariis acceptatæ. (c)

4. Pro evitanda hujusmodi nullitate, non profuit recurrere ad ratificationem Felicis: hæc enim probanda esset per actus expressè eam præ se ferentes, vel per argumenta tam certa, & univoca, ut illam perfectè concluderent, (d) 5. adjuncta quoque probatione scientiæ individualis omnium gestorum contra formam mandati. (e)

6. Hujusce indolis profectò non erant geminæ epistolæ per Felicem Francisco conscriptæ, una die IX. Maii MDCCXXII. altera anno MDCCXXIX. prior enim probat, à Felice fuisse approbatam reductionem mensualis præstationis de duplis quatuor cum dimidia ad duplas quatuor, sed nil minus est, quam ut trahi valeat ad ratihabitionem extinctionis, nequidem continentis obligationem pro his duplis quatuor mensualibus: (f) 7. posterior verò epistola tantum abest, ut in præsentem ratificationem insecti possit, ut ei aperte resistat, cum referta sit expiationum à Felice factarum in Franciscum fratrum, pro nova missa oblatione duplarum trium mensualium vice quatuor, quarum ad præstationem se obstrinxisset dictus Franciscus prius nuntiaverat, una cum expressa ejusdem oblationis rejectione, quam nemo dixerit posse traduci ad ratificationem, quæ cum ipsa nequit conciliari. (g)

8. Multo minus erui poterat ratificatio, vel ex petita per Felicem à Francisco redditione rationis fructuum Personatus medio epistolæ

(a) Ad text. in leg. *Diligenter*, ff. *Mand. leg. Si procurator. Cod. de Procurat. cum aliis in r. dec. diei 28. Mart. 1729.* §. *Rationem*, & in secunda diei 11. *Maii proxime præteriti*, §. *Integris.*

(b) *Altograd. conf. 60.* n. 18. & seq. lib. 1. de *Comit. Dec. Florent. 4.* num. 14. & 15. *Rot. cor. Molines dec. 624.* n. 5.

(c) Per text. in leg. *Heredes palam*, §. *Si quid*, ff. de *Testam. cum aliis in prima causæ decisione*, §. *Quandoquidem.*

(d) Ex gloss. in cap. *Conversations*, verb. *Severis*, de *Appellat. in 6.* *Surd. conf. 338.* n. 28. *Rot. cor. Card. Caprar.*

ta, dec. 171. n. 8. & seq. & in recent. dec. 535. n. 31. & seqq. part. 19.

(e) *Hodiern. controv. 28.* n. 45. & seqq. *Mell. observ. 57.* n. 18. *Palm. Nep. alleg. 196.* n. 20. *Rot. cor. Rev. Crispo dec. 489.* n. 6. & in *Viterbien. Salvani 16.* *April. 1706.* §. *Adhuc*, cor. bon. mem. *Ansaldo.*

(f) Ex regula text. in leg. *Age cum Geminiano*, Cod. de *Transact. Surd. conf. 10.* n. 4. *Gratian. Dec. March. 56.* n. 5. *Rot. cor. Mantic. dec. 232.* n. 9. cum aliis in prima decisione, §. *Longe minus.*

(g) *Rot. cor. Beninesi. dec. 384.* n. 11.

tolæ anno MDCCXIX. illi conscriptæ, vel ex quo idem Felix Barchinonem reverfus plures summas à Francisco receperit, nulla interposita protestatione, vel demum ex reallumpta anno MDCCXX. administratione bonorum Personatus; non enim verum esse, quod Felix per dictam epistolam anni MDCCXX. postulaverit sibi exhiberi rationes fructuum Personatus à Francisco, perspicuè demonstrabat ejusdem epistolæ tenor continens instantiam præfati Felicis, pro obtinenda transmissione calculi solutionum à Francisco factarum in causam mensuræ præstationis; solutiones receptæ per Felicem post redditum, tanquam referribiles ad titulum dictæ mensuræ præstationis, non conferunt ad probationem ratihabitionis requirentis probationes desumptas ex actibus minime aptis attribui causæ diversæ: (b) acceptio demum administrationis facta anno MDCCXX. non fuit ultronea Felicis, sed coacta ob illius dimissionem à Francisco expletam, qui condemnatus ad subministratorem alimentorum, quam retinere ejusdem Personatus administrationem, maluit eam abicere, eaque propter nullam inducere valuit ratihabitionem, quinimo eam è diverso penitus evertit, juxta autoritates locis superioribus adductas.

9. Cæteris argumentis plenè satisfaciebant præcedentes Decisiones, cum quibus Domini transiverunt, animadvertentes insuper, quotquot actibus ex parte Francisci in comprobationem ratificationis Felicis afferebantur, deesse scientiam prætermissionis conditionum in mandato Procuræ, litterisque coherentibus præscriptarum, idque præclarissimè convinci ex epistolis, cum à Procuratoribus ad extinctionem Personatus delegatis Francisco conscriptis, quibus certior ipse redditur, conditiones à se præstitutas fuisse in instrumento ejusdem extinctionis insertas, tum maximè ex aliis epistolis missis eidem Felici à Francisco, eique nuntiantibus, præter diminutionem mensuralis præstationis de duplis quatuor cum dimidia ad duplas quatuor, in cæteris servatam esse legem mandati, qua plenè scientia remota concludebatur, vanum esse ratificationem obtinere, cujus ea præcipuum est fundamentum. (f)

Et ita in reliquis remissivè Domini se habentes ad priores Decisiones, steterunt in decisio, omnibus suffragantibus, & unica tantum parte informante.

(b) Ex firmatis per Carem. resol. 74. n. 9. Palm. Nep. al. leg. 373. n. 12. Rot. cor. Octobon. decif. 204. n. 9. & in Reatina Fideicommissi de Severis 18. Jun. 1708. §. Hinc autem, cor. bon. mem. Omaha.
(f) Ut præter superius adductos tradunt Urceol. con-

R. P. D. REZZONICO.

PISAUREN. PECUNIARIA SUPER
Fructibus Bonorum extradotalium.

Lunæ 15. Jun. 1733.

ARGUMENTUM.

Statutum Pisauri lib. 2. Rubr. 90. liberat à restitutione fructuum bonorum extradotalium, quos, muliere positivè non dissentiente, percepit, consumpsitque in alimoniam communis familiae. Notario transumptanti scripturas alienas sine citatione omnium interesse habentium non creditur.

SUMMARIUM.

1 Statutum Pisauri liberat virum à restitutione fructuum bonorum extradotalium, quos percepit, muliere non dissentiente.

2 Statuta humana reputantur favorabilia, tanquam favoleantia virum ab oneribus matrimonii.

3 Operantur quoad fructus perceptos, & consumptos citra mulieris expressum dissentium.

4 Excepto casu expliciti dissentis, cæteri omnes sub Statuto comprehenduntur.

5 Incongruum est, quod vir, seu ejus heredes restituerent fructus bonorum extradotalium, quos paulatim in commodum communis familiae consumpsit.

6 Mandatum Procura factum à muliere in persona viri, ut bona extradotalia administraret, dictum explicitum dissentium non inducit.

7 Copia extinctæ sine citatione interesse habentium non creditur.

8 Nec Notario transumptanti scripturas alienas.

9 Extractio scripture non probat, quoties de collusionem dubitari possit.

10 Conquestiones mulieris circa non integram consumptionem fructuum bonorum extradotalium in communem usum prædictum dissentium non inducunt.

11 Præsertim, ubi vir longo tempore fructus percepit de mandato mulieris, nulla unquam reddita ratione.

12 In hac materia modica conjectura facit in-

sult. 63. n. 32. Rot. post Salgad. Labyrinth. Credit. decif. 63. n. 8. & 9. cor. Ninott. decif. 3. n. 11. & 12. in recent. decif. 262. n. 16. part. 9. decif. 443. n. 21. part. 13. & decif. 352. n. 21. part. 17.

inclinare pro marito.

13 Sufficit ad hunc effectum indigentia viri.

14 Ubi circumstantia suadent mulieris approbationem circa fructuum erogationem ad commodum familiae, ipsa diuturna tolerantia positivum consensum operatur.

15 Maritus sola actione personali conveniri potest pro restitutione fructuum bonorum extradotalium, que administravit, nulla suscepta obligatione.

16 Leg. fin. Cod. de Pact. convent. hypothecam tacitam impartitur contra virum administrantem bona Paraphernalia, que mulier habebat tempore contractus matrimonii.

17 Restringitur ad capitale dictorum bonorum exclusivè quoad fructus.

18 Fortius, ubi agitur de fructibus bonorum extradotalium, que maritus non administrat mandato legis, sed ex consensu mulieris.

19 Bona extradotalia equiparantur Paraphernalibus ubi maritus ea administrat tacito, vel expresso consensu uxoris.

20 Equiparatur prædicta operatur hypothecam circa capitale, non autem pro repetitione fructuum.

21 Hypotheca non competit, nisi in casibus peculiaribus à jure præscriptis.

DECISIO VIII.

AD novam discussionem revocato prætenso credito fructuum bonorum extradotalium, quod inter alia allegaverat Joanna Gazzeria, ad effectum retinendi bona Domini de Guidis ejus prædefuncti viri, quodque, contententibus aliis creditoribus, illius favore approbatum fuerat in Decisionibus editis sub diebus I. Febr. MDCCXXXII. cor. Rev. Corduben. & XIII. Jun. ejusdem anni cor. me; matureque liberatis facti circumstantiis, ad jura hodie strenue hinc inde deductis, ut præcognitum fuerat occasione novæ audientie, mutari visa est controversiæ facies, ac minus firma detecta sunt utriusque resolutionis fundamenta, tam quoad existentiam dicti prætenfi crediti, quam quoad ejus præsuppositam hy-

pothecam in præteritum ponderata; unde Domini in oppositam sententiam ad cognitum juris tramites descendentes, respondere non dubitarunt pro recessu à Decifis.

1. Ratio siquidem recedendi à priori definitione approbante favore dictæ Joannæ prætensum creditum fructuum bonorum extradotalium, dum vixit, perceptorum à Dominico Guido ejus prædefuncto viro, & provenientium ab hereditate Domini Gazzeri, eidem mulieri constante matrimonio relicta, posthabitis questionibus ad terminos Juris communis inter DD. in hac materia agitari solitis, solidissime fundari visa fuit in dispositione Statuti Pisaurensis lib. 2. Rubr. 90. apertis verbis discernente: *Quod quicumque civis Pisaurensis, vel Comitatus perceperit aliquos fructus ex rebus, quas ejus uxor haberit extra dotem, non teneatur restituere ipsos fructus ipsi mulieri, nec ejus hereditibus, nec alicui persona nomine ipsius mulieris, nec alicui, ad quem res prædicta mulieris possent pertinere, nisi mulier expresse contradixerit viro, ut maritus non percipiat fructus dictarum rerum: cum enim dicta Joanna dissentium non interposuerit, nec contradixerit, ne ipse Dominicus vir se ingereret in administratione bonorum extradotalium, post longævam fructuum perceptionem à marito factam, vana dicenda erat prætenso restitutionis fructuum in alimoniam, & sustentationem familiae consumptorum, dum auctoritate dicti Statuti hujusmodi fructus lucro ejusdem mariti, ejusque hæredum cedere debent. (a)*

2. Sive enim depositio prædicta in hac re declaret, sive corrigat Jus commune, semper est valde laudabilis, & maximam habet congruentiam, ac rationabilitatem ob causam sublevandi ab oneribus matrimonii; (b) 3. & citra dubium operatur in casu, quo fructus fuerunt percepti, ac consumpti, uxore sciente, & expresse non dissentiente: (c) 4. extra enim casum indubitati dissentis, ac explicitæ contradictionis à Statuto exceptuatum, alii non exceptuati censentur sub universalis dispositione inclusi: (d) spectatis præcipuè facti circumstantiis, ex quibus hodie non obscure erui visum

G 2 vium,

(a) Ad firmata per Alex. conf. 42. sub n. 16. verif. Et primo non obstat. lib. 1. Matth. Brun. conf. 131. n. 14. & seq. Ger. Spin. conf. 24. verif. Quia ipsa contradicat, Menoch. de Præsumpt. lib. 3. præsumpt. 9. sub n. 26. verif. Prædictæ, ubi quod stante hujusmodi Statuto cessant omnes disputationes, Pigaut. ad Statut. Ferrar. lib. 1. Rubr. 103. n. 7. cum pluribus seqq. Rot. apud Constant. ad Stat. Urb. decif. 4. n. 1. & 2.

(b) Idem Alex. decif. conf. 42. sub n. 13. in fin. lib. 1. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. Rubr. 48. n. 11. Card. de Luc. de Dot. dif. 168. n. 1. Rot. cor. Bich. decif. 634.

n. 25. post Constant. dif. decif. 4. n. 1. 2. & 7.
(c) Ut in puncto similis Statuti tradunt Tort. ad Statut. Pap. 87. n. 13. Joan. Baptist. Const. de Jur. & facti. ignor. distinct. 47. n. 5. cent. 1. & in Tract. de Rat. quest. 95. n. 7. Menoch. de Præsumpt. lib. 3. præsumpt. 9. sub n. 20. verif. His declaratur, Pigaut. ad Stat. Ferrar. lib. 1. Rubr. 103. n. 9. Leoncill. decif. 90. n. 15. & seq. Thefar. decif. 187. n. 3.

(d) Ad firmata per Rot. in Rec. decif. 51. n. 10. Part. 1. & cor. Bich. dif. decif. 634. n. 19.

fuit, non solum quod defecerit dissentius à Statuto requisitus, sed potius, quod fructus percepti ex dictis bonis extradotalibus, consentiente uxore, conversi fuerint in satisfactionem onerum injunctorum à Dominico Gagge-rio, ex cujus testamento successerat dicta Joana, necnon in pronicius usus, & manutentionem familie pergevata, tum ex numerosa prole, tum ex splendido tractamento ad libitum uxoris, ac filiorum parato ad assequendam nobilitatem Civitatis Pisauri, ad quem esset ipsa Joana donationem scutorum 10. mil. Joanni Baptistæ alteri ex filiis exaraverat, pravia suppressione, siye immutatione negotii Drograria, ac rationis antea exercitæ sub nominibus Antonii & Domini Guidi.

5. In his quippe terminis posita fructuum extradotalium consumptione per Guidum facta de voluntate Joannæ uxoris, fortius exuberare dignoscatur bona fides, quæ ex ipsa approbatione, & consensu inter dictos conjuges, omnino eximens à controverso fructuum restitutione; nam ex Juris censura undique in congruum dici debet, quod fructus, quos vir, sciente & approbante uxore, administravit, & paulatim in commune familie commodum consumpsit, post obitum ejusdem viri ipsa mulier, facto cumulo, repetere valeat ad verius viri patrimonium: (e) his autem subsistentibus, dissentis mulieris à Statuto requisitus inutiliter denuo constituebatur, vel in mandato Procuræ ab eadem viro dato ad exigendum, & circa administrationem ipsorum bonorum extradotalium, vel in contradictionibus ipsius mulieris. (f)

6. Quo enim ad mandatum Procuræ circa administrationem, & exactionem fructuum controversorum, in ultra quod animadversum fuit, istud de se non excludere consentium successive erogationi in usum, & commodum communis familie, & potius adversari explicitæ contradictioni requisitæ per statutum: (g) omnis ambigendi ratio cessare visa fuit ex defec-

(e) Ut præcise etiam à dispositione Statuti optime tradunt Bartol. in leg. penult. ff. Ad leg. Falcidiam, Caneer. Varar. Refol. lib. 1. cap. 9. sub n. 18. & seq. Arat. de Mef. Variar. refol. lib. 2. cap. 30. n. 6. Patell. Expedit. caus. civ. 36. n. 26. 27. & 35. Mantie. de Tacit. lib. 11. tit. 16. sub n. 20. Cyriac. controv. 31. sub n. 7. verf. Quod autem, Thefaur. decif. 187. n. 3. Rot. Diversif. decif. 179. n. 3. Part. 4. in recent. decif. 176. n. 8. & seq. part. 9. coram Priol. decif. 181. n. 4. & in Faventina Fideicommissi super deti actionibus 1. Mart. 1728. §. Eoque certius, cor. bon. mem. Corucio.

(f) De quibus in dictis decisionibus 1. Febr. 1732. cor. Rev. Ratto, & 13. Jun. ejusdem ann. cor. Me.

(g) Ex notatis per Alex. conf. 42. sub n. ergo fin. verf. Nec debet obflare, p. 1. Negul. resp. 104. sub n. 22.

tu legitime probationis dicti mandati, quia non fuit exhibitum ipsius originale documentum, sed simplex copia alterius pariter simplicis, & privati chirographi, non quidem existentis sub cura, & custodia Notarii, sed in manibus ipsiusmet mulieris præsentem creditum fructuum restituendorum allegantis, & quam, supponitur, dictum chirographum eidem Notario ostendisse, & deinde statim recuperasse: 7. cui proinde informi copiar, quæ absque Judicis autoritate facta exiit citra præsentiam, & citationem creditorum, & ab asserto originali legitime non recognito, ipsi creditores, qui sunt in causa, stare non tenentur. (h) 8. Notatio siquidem transumptanti scripturas alienas, & tali pacto exhibitas non est præstantia fides, (i) accedente præsertim non parum suspecta qualitate Notarii extrahentis, qui, ultra exceptiones personales, bis fuerat suspensus ab officio, & in formali examine ipsemet falsus fuit, se non habuisse notitiam characteris Joannæ mandantis; & insuper ad dictam extractionem processit post convocatum concurrentium ad instantiam Joannæ, & filiorum, qui, ut constitit, in præjudicium creditorum nonnulla occultare tentarunt.

9. His enim retentis circumstantiis, cum suspicari ritè possit, dictam extractionem collusivè procuratam fuisse à dicta Joana, & filiis in supplantationem eorundem creditorum, citra dubium adversus dictum mandatum inevitabilis redditur defectus opportuna legalitatis, nec ex informi copia asserti mandati ulla illius erui potest legitima probatio, quæ ex ipsis suspitionis circumstantiis satis excluditur. (j)

Contradictiones vero, quæ ex testium depositione denuo justificatæ prætendebantur, recognitum quæ, illas non subsistere: nam testes prædicti non concludunt dissentium circa administrationem à viro gestam, sed potius aliqualem dictæ mulieris conquestionem, quod fructus bonorum extradotalium integre non ero-

(h) Cap. fin. de Fid. instrum. leg. Sancimus, Cod. de Diversif. refcript. Rot. cor. Cavaler. decif. 25. per tot. Diversif. decif. 683. n. 1. Part. 1. in Romana Causis 11. Jan. 1715. §. Neque, cor. bon. mem. Lancet.

(i) Ut ad veritatem Felin. in cap. ult. de Fid. instrum. n. 13. verf. Unde si diceres, Boer. decif. 36. n. 4. & 5. cor. Cavaler. dict. decif. 25. n. 1. & cor. Emin. Falcon. decif. 1. sub n. 3. verf. Adi potest, de Probat.

(j) Ad text. in leg. Damm licentiam, Cod. Ad leg. Corneli. de Fals. leg. Jubentis, Cod. de Probat. Dec. conf. 52. n. 2. Rot. in recent. decif. 13. n. 1. part. 19. in Hidruntina Colledarum 17. Jun. 1715. §. Patrocinabatur, cor. bon. mem. Cerro, & in Romana Cambiorum 17. Jan. 1716. §. Provis, & in Veltina Cautela Angeli 3. Jun. 1718. §. 29. cor. bon. mem. Anlaid.

erogarentur in communis familie usum, quos tamen nullo modo constabat superfluisse, ultra indigentias domus, ut dictum est, numerosa prole, ac dicto splendido tractamento ex concordii voluntate uxoris, & filiorum pergravate ad facilius assequendam Civitatis nobilitatem; & assertæ contradictiones certius etiam excluderentur ex testibus reproborariis de scientia, & patientia Joan. in erogatione prædicta explicitè deponentibus, adeo ut ob dictam aliqualem dissentionem ex probationibus hinc inde factis conciliabilem, nulla fieri possit illatio quoad dissentium circa ipsam administrationem, ac perceptionem fructuum ex aperta Statuti censura requisitum: (k) 11. urgente potissimum animadversione, quod in longo vixit septem annorum decursu, quo Dominicus administravit bona extradotalia uxoris, nullum constat ejus commodo factum fuisse investimentum, nullamque redditam fuisse rationem de suscepta administratione; quod facile non accidisset, si conquestiones de integris fructibus, ac ipsa eorum perceptione veritarentur, cum mulier, si vere marito contradicere voluisset, diutissime non tacuisset, sed præcedens mandatum revocasset, & ad dimitendam præstatam administrationem, ac perceptionem cogisset.

12. Quæ circumstantiæ exuberant, ut ambigi nequeat, quod consumptio eorundem fructuum perceptorum ex bonis extradotalibus, non dissentiente, sed approbante uxore, expleta dici debeat, (l) in quo modica conjectura facit inclinare pro marito: (m) 13. eo que magis inspectis tum actibus, & opera non semel per ipsam mulierem præstita circa eorundem fructuum exactionem, & erogationem ad communis familie usum, tum ipsis mariti facultatibus, quæ ob immaturam prioris negotiationis exercitium, & assumptum more no-

bilium Civitatis Pisauri tractamentum ab ipsa uxore, & filiis summo opere exoptatum potius erant in sufficientes, ex quibus patens redditur, quod controversi fructus de voluntate, & consensu uxoris vere fuerint consumpti; (n) 14. quoties enim circumstantiæ suadent mulieris approbationem circa fructuum erogationem ad commodum familie, ipsa diuturna tolerantia positivum consensum operatur. (o)

15. Excludo ex his præsentio credito fructuum in radice, supervacaneum reddebatur inspectionem assumere circa hypothecam legalem, quæ pro ipso credito favore dictæ Joan. approbata dignoscatur in præcedentibus causæ decisionibus: verum ex hodierno accurato examine, & ex juribus hinc inde deductis, in hac etiam parte insubsistentis potius apud Dominos detecta fuit præsentio dictæ mulieris, quia, cum maritus, nulla suscepra obligatione, administraverit bona extradotalia juxta vulgatas regulas, pro obtinenda restitutione exactorum fructuum non alia contra ipsum actio competere potest, quam directæ mandati, siye conditio, quæ est personalis sine ulla hypotheca; (p) 16. etiam si text. in leg. fin. Cod. de Pact. convent. hypothecam tacitam impartiarum contra virum, qui administravit bona Paraphernalia; dispositio siquidem dictæ legis versatur tantum circa capitale dictorum bonorum Paraphernalium, quæ ultra dotem mulier habebat de tempore contracti matrimonii: (q) 17. unde hypotheca legalis competens uxori pro recuperatione capitalis, nullatenus competit pro recuperatione fructuum eorundem bonorum, (r) 18. & certius, dum agitur de fructibus bonorum extradotalium, quorum respectu mulier consentiens administrationi viri, nullatenus decepta dici potest auctoritate legis; à qua maritus nullam habet administrationem, nec Man-

(k) Ut in his terminis ponderat Negulan. respons. 104. sub n. 22. & probat text. in leg. Neque natales, Cod. de Probat. Rocce. Disput. Jur. select. cap. 3. n. 48. Rot. cor. Ludovif. decif. 353. n. 2. & cor. Emer. Jun. decif. 104. num. 7.

(l) Caneer. Variar. Refol. lib. 1. cap. 9. n. 162. Arias de Mef. Variar. Refol. lib. 2. cap. 30. n. 12. Fontanell. de Pact. nupt. claus. 6. gloss. 2. part. 7. n. 39. cum seqq. Cynac. controv. 31. n. 9. 12. & 13.

(m) Monach. Decif. Lucen. 68. n. 3. Thefaur. decif. 187. n. 1. Rot. Diversif. decif. 279. n. 3. Part. 4.

(n) Arerin. conf. 159. n. 7. Garo. conf. 164. n. 42. Surd. conf. 290. sub num. 25. & seqq. Fontanell. de Pact. nupt. claus. 6. gloss. 2. Part. 7. n. 38. cum pluribus seqq.

(o) Bald. in leg. Si filiusfamilias, Cod. de Petit. hered. Jaf. in leg. Quæ dotis, n. 95. ff. Solut. matrim. Surd. dict. conf. 290. n. 22. & 25. Patell. in Expedit. caus. civil. 36. n. 27. 28. & 38. Fontanell. de Pact. nupt. claus. 6. gloss. 2. Part. 7. n. 38. Arias de Mef. Variar. Refol. lib. 1. cap. 30.

n. 10. Monach. Decif. Lucen. 68. n. 11. (p) Ut post gloss. & alios scribentes in leg. Si negotiorum, ff. de Privileg. credit. firmat Menoch. conf. 851. n. 46. No-guerol. alleg. 1. n. 30. & seqq. Caneer. Variar. lib. 1. cap. 1. n. 109. & seq. Card. de Luc. de Dot. disc. 39. n. 7. & seqq. Rot. cor. Capr. decif. 658. n. 4. & 6. in Firmana Immiffionis 9. Jun. 1719. §. Quin jure, cor. bon. mem. Cerro.

(q) Ut consentaneæ expedit Caneer. Variar. Refol. part. 1. cap. 9. n. 1. Patell. in Adnot. ad Expedit. caus. civil. 36. num. 22. de Marin. Variar. Refol. cap. 237. n. 6. Urceol. confult. 29. n. 2. ad 7. Merlin. de Fignor. lib. 3. quæst. 54. n. 3.

(r) Juxta magis receptam opinionem, de qua Gabriel. conf. 164. n. 49. & seqq. lib. 2. Pacif. de Salu. inspect. 3. cap. 4. n. 502. Arias de Mef. Variar. Refol. lib. 2. cap. 30. n. 16. cum seqq. Mantie. de Tacit. lib. 11. tit. 16. n. 20. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. Rubr. 48. sub num. 4. Tondur. Quæst. Civil. Part. 2. cap. 123. n. 11. Card. de Luc. de Dot. disc. 140. n. 8.

mandatum. (f)

19. Nihilque refert, quod tibi, prout in casu, maritus bona extradotalia administrat de consensu tacito, vel expresso uxoris, bona extradotalia æquiparentur Paraphernalibus: (g) 20. æquiparatio siquidem hujusmodi ad effectum hypothecæ contra bona mariti, cum proficua dici potest pro tuitione bonorum de voluntate uxoris administratorum à viro, trahi quoque non debet pro condicendis fructibus eorumdem bonorum; tum quia specialia, & privilegia non sunt multiplicanda; tum quia in mandato, quod non à lege, sed ab homine causam habet, non ita favendum est, sibi que mandans imputare debet, si accommodando consensum exactioni fructuum, pro eis de dicta hypotheca non cavet, (h) & sufficit rem esse dubiam, ut non attenda disidentium DD. sententia, standum sit litteræ memorati textus pro solis bonis tacitam mulieri hypothecam concedentis, prout etiam legali regulæ illam non admittentis, nisi in casibus à Jure expressis. (i)

Et ita partibus plenè auditis resolutum fuit.

R. P. D. CINCIO.

ROMANA LOCORUM MONTIUM.

Vener. 13. Januar. 1730.

ARGUMENTUM.

Contractus legem accipiunt à conventionem partium. Juxta curare debet, ut ista servetur. Citatio facta illi, de cujus Procura non constat, nulla est, & invalida.

SUMMARIUM.

- 1 **P**acta servari debent.
- 2 **E**t dant legem contractibus.
- 3 **R**elatio facienda est ad ea simpliciter, quæ contracta non fuerunt.
- 4 **J**udex non potest pactis contrahentium derogare.
- 5 **H**abens pactum pro se, sibi non præjudicat, non respondendo citationi.
- 6 **N**ec ei nocet decretum judicis pacto ad-

(f) Bartol. in leg. *Maritus*, n. 2. Cod. de *Procurat.* Alexand. conf. 144. n. 6. lib. 5. Urcol. de *Transact.* quæst. 29. n. 55. & seqq. Conf. de Rot. quæst. 209. n. 8. & 9. Rot. cor. Biech. decif. 250. n. 24. & cor. Priol. decif. 32. n. 2. (g) Ex Jas. in dict. leg. *Maritus*, n. 12. Cod. de *Procur.* cum aliis late cumulatim in postrema causæ decisione 13. Jun. 1732. §. fin. cor. Me.

(h) Ut probat idem Gabr. dict. conf. 164. n. 47. & seq.

versativum, quoties eidem intimatum non fuit.

7 **C**itatio facta Procuratori, de cujus mandato non constat, nulla est, & reddit actum nullum quoad omnes.

DECISIO IX.

Post obtentam per Petrum, & Fratres de Longhis usque de anno MDCC. ab Emin. tunc temporis Card. Camerario adversus Alexand. & Sorores de Mazzinis, vigore Bullæ fa. mem. Gregor. XIII. favorabilem sententiam super retractu coactivo domus per dd. de Mazzinis possessæ in Regione Arenulæ, in executionem hujus sententiæ devenerunt iidem de Mazzinis ad domum venditionem pro pretio judicialiter æstimat in scutis 1631. 27. quatum rata sc. 397. 34. deposita fuit de ordine dicti Eminenti. Camerarii, reliqua vero scuta 1233. fratres de Longhis convenerunt, quod essent investienda, prout fuerunt investita in tot locis montium, quæ stare debent pro cautela emptorum in casu evictionis, seu molestiarum super dicta domo, pacto insuper adjecto, quod loca montium nunquam vendi, nec resignari possent ex quavis argenti, & urgentissima causa, etiam dotis, & alimentorum.

Verum quia anno MDCCVIII. Joann. Franc. Mazzinus pater, & legitimus Administrator dd. Alexand. & sororum de Mazzinis pro constituenda dote uni ex filiabus Monasterium ingressuræ, intimato Petro de Longhis, tam nomine proprio, quam, uti Procurator Philippi, & aliorum ejus fratrum, reportavit in Tribunali Emin. Vicarii decretum de delendo vincula, quibus dicta loca montium erant obnoxia, cum obligatione pro ipsum, & Francis. Busfortum fidejussorem emissæ de illa reducendo in pristinum, in casu evictionis domus, & successive anno MDCCXVIII. Catharina, & Anna de Angelis, uti heredes Cæciliæ, & Bartholomææ de Restauris judicium introduxerunt in Tribunali A. C. super immiffione ad dictam domum, vigore ejuſdem legati relicti per Donatum Conſuetum olim ejuſdem domus possessorem, idcirco fratres de Longhis emptores ad evitandas molestias, exceperunt

Card. de Luc. de Dot. dict. 120. n. 7. & seq. Arias de Mef. Variar. Refol. lib. 2. cap. 30. n. 18. & seqq. cum aliis superius allegatis.

(x) Ex traditis per Rot. cor. Coccin. decif. 12. n. 1. cor. Biech. decif. 5. n. 27. cor. Caprar. decif. 643. n. 1. & in Firmana immiffionis 9. Jun. 1749. §. *Quin juvet*, cor. bon. mem. Corro.

runt de investimento pretii domus facti in locis montium, ad hoc ut adversus ista mulieres dirigerent actionem; comperto tamen, quod loca montium delectis vinculis jam fuerant districta, dicti de Longhis, licet favorabilem obrinuisse sententiam contra Catharinam, & Annam de Angelis, ex quo legatum, quod consequi intendebant erat conditionale, nec justificabatur conditionis implementum, nihilominus sub fundamento, quod investimentum, seu loca montium non potuissent contra formam pacti alienari, egerunt contra de Mazzinis venditores, tam pro relevatione à damnis & expensis, quam pro reintegracione reinvestimenti, & reductione in pristinum locorum montium cum vinculis per prius appositis, ac juxta petita reportarunt in Tribunali A. C. mandatum, & una simul sententiam, qua pronuntiatum fuit, non licuisse devenire ad *supradictam vinculorum deletionem*.

Reclamantibus dictis de Mazzinis, ac ex rescripto Signaturæ Justitiæ delegata cognitione causâ nostro Sacro Auditorio cum clausula suspensiva sub die XXX. Junii MDCCXIX. coram Emin. D. Card. Falconerio disputatum fuit dubium: An mandatum A. C. sit exequendum, prodiitque responsum affirmativum, (a) & subinde die XXXI. Jul. ejusdem anni MDCCXIX. decreta fuit expeditio causæ, ad quam cum fratres de Longhis intra decennium devenire nunquam curaverint, hinc ex stylo Sac. Tribunalis concessa dd. de Mazzinis nova audientia, tanquam successus in locum Eminent. Falconerii consilii de more in hodierna Audientia DD. An sit standum, vel recedendum à decisio, qui in decisio persisteret non dubitarunt.

1. Si quidem, cum in instrumento venditionis domus fuerit expresse conventum, quod pro cautela, & securitate emptorum, pretium inveniri deberet in tot locis montium, & ista nunquam vendi, nec resignari possent, quoties contra formam hujus pacti Mazzini venditores devenerunt ad locorum montium distractionem, dubium non est, quin teneantur illa reintegrare, ac reducere in pristinum, cum nil magis æquitati, ac justitiæ consonum sit, quam pacta servare, (b) 2. ex ea nimirum ratione, quia omnes contractus à partium

conventionem legem accipiunt, (c) à qua profinde recedi non debet: (d) nullatenus relevante exceptione, quod Bulla fa. me. Gregor. XIII. ubi domus vendita non appareat subiecta alicui fideicommissio, vel hypothecis, requirat alternative, quod pro casu evictionis præstetur per venditorem cautio, vel pretium investiarum, inde inferendo, quod cum pactum investiendi pretium in initum fuerit relative ad dictam Bullam, attenda libertate domus venditæ, pornerint Mazzini alienare loca montium, & vice investimenti præstare fidejussio-nem; potissimum, quia in eadem Bulla Gregoriana, §. 15. præservatur venditori hujusmodi electio, etiam post factum investimentum: nam ultra quod molestiæ, ut supra illatæ à Catharina, & Anna de Angelis pro legato relicto à Donato Conſuetio, ostendunt, domum non esse liberam, quo casu semper est inevitabile investimentum, etiam ad formam Bullæ Gregorianæ, non obstante, quod legatum sit conditionale, dum conditio est potestativa, quatenus nimirum dictæ mulieres renuntiaræ velint iuribus in eadem domo prætensis ex causa fideicommissi Petri de Restauris, ideoque, adimpleta conditione, purificabitur actio pro consequendo legato, sin minus domus remanebit affecta prætensis iuribus fideicommissi. (e)

3. Quælibet submovebatur difficultas, ex quo licet contrahentes convenerint de investimento faciendi ad formam Bullæ, atamen per pactum expresse voluerunt, quod loca montium nunquam vendi, nec resignari possint, & in casum cujusvisque necessarii, seu coactæ venditionis, resignationis, vel extractionis pretium ex eisdem redigendum deponi debeat in eodem Sacro Monte, ad effectum iterum investiendi in alio simili investimento, & cum eisdem vinculis, & conditionibus, &c. ac propterea ratio ad Bullam minime derogat iis, quæ per speciale pactum fuerunt à partibus disposita, sed intelligi debet quoad alia, præter ea, quæ diverso modo inter contrahentes remanserunt expresse stabilita, & in contractum deducta. (f)

4. Et hinc fundamentum constituit non poterat in eo quod vincula, quibus subjacebant loca montium, fuerint deleta cum decreto Ju-

(a) Ut ex decisione inter ejus impressas, tom. 2. sub tit. de *Pact.* & *transact.* decif. 8.

(b) Soccin. Jun. conf. 26. n. 6. & 7. lib. 1. Corn. consil. 347. n. 1. lib. 1. Pacion. de *Locat.* & *conduct.* cap. 23. n. 138. Rot. decif. 414. n. 26. part. 12. recent. & coram Merlin. decif. 579. n. 12.

(c) Per text. in leg. *Contrahus*, ff. de *Reg. jur.* & leg. 1. §. *Et si convenerit*, ff. de *Pact.*

(d) Gratian. *Discept. For.* cap. 527. n. 15. Rocca. *Disp.* Jur. 129. num. 9. Rot. in *Mantul.* Card. de Luc. decif. 18. n. 4. & 5. lib. 8. tom. 3.

(e) Ut animadvertit decisio, quæ revidetur, §. *Præterea*.

(f) Surd. conf. 524. n. 15. Rot. cor. Merlin. decif. 454. n. 28. Adden. ad *Buratt.* decif. 52. n. 13. cor. Biech. decif. 22. n. 5. & in *Decif. causæ* 30. Jun. 1719. §. *Et enim*, cor. Emin. D. Card. Falconer.

dicis, citato, & non contradicente Petro de Longhis, quoniam decretum Judicis, utpote emanatum contra legem contractus, nullius remanet momenti, cum non sit in arbitrio Judicis pactis contrahentium derogare, quinimo curare debet, ut illa religiose serventur. (g)

5. Citatio executi contra Petrum de Longhis non contradicentem, ne quidem obitare visa fuit, tum, quia citatio continebat interpellationem ad præstandum assensum deletioni vinculorum, alias illum supplere per Judicem, ideoque, cum Petrus non teneretur consentum præstare ob resistenciam pacti, & debuerit credere Judicem non aliter decreturum, consequens est, quod tacendo sibi non præjudicaret, 6. nec prætendi potest, Petrum acquiescisse decreto pro delatione vinculorum per Judicem ex post interposito, quod eidem minime fuit notificatum: (h) 7. tum etiam, quia dictus Petrus citatus dignoscitur, tam nomine proprio, quam uti Procurator Philippi, & fratrum de Longhis, de quorum mandato, cum minime constet, & agatur de æque principali interesse dd. fratrum, defectus citationis respectu ipsorum reddit actum nullum quoad omnes, & sic etiam quoad Petrum citatum. (i)

Et ita utraque, &c.

R. P. D. CHRISPOLTO.

TERRACINEN. SEU SETINA SPOLII.

Lunæ 3. Mart. 1727.

ARGUMENTUM.

Habetur in Summario.

SUMMARIUM.

1. Citatio ex omissione nominum non dicitur vaga, ubi ab expressione cognominis devenitur ad cognitionem personarum citandarum.

2. Citationibus deferendum est, ut inspicitur, quantum sint persone citata, non autem enuntiativa Notarii, & assertioni Curforis.

3. Attenditur relatio Curforis à tergo citationis notata, non autem successiva illius attestatio.

4. Citari non debet in adjudicatione bono-

(g) Leg. Juris gentium, §. Ait Prator, ff. de Pall. Rocc. Disput. Jur. select. cap. 78. n. 6. Rot. coram Mantis. dec. 337. n. 10. cor. Priol. dec. 16. n. 8. in Mantis. Card. de Luc. dict. dec. 18. n. 6. lib. 8. tom. 3.

(h) Ut bene observat decisio causæ, cor. Emin. Card. Falconer. §. Quod autem.

(i) Rot. cor. Greg. dec. 319. num. 7. cor. Bich. de-

rum hereditariorum filius, qui hereditatem jacentem expresse repudiaverat.

5. Edicta publicari debent in publicis subhaftationibus.

6. In subhaftationibus attendi debent solemnitates juxta stylum loci.

7. Subhaftatio facta sine citatione partis, & decreto Judicis, nulla est.

8. Terminis mensis ad relucendum elapso, si creditor ultra expectet, debitori non nocet, ideo deinde potest ad deliberationem devenire absque alia citatione.

9. Decisio 7. n. 1. coram Buratt. procedit, quando per oblationem superventam post elapsum terminum ad relucendum non efficitur melior conditio debitoris.

DECISIO X.

NON obstantibus pluribus nullitatibus ex parte fororum, aliorumque de Pilorcis propolitis adversus deliberationem, & adjudicationem sequutam favore Caroli Panis de mensuris viginti quinque terrarum, Domini steterunt in decisio sub die VII. Decembris MDCCXXV. coram me, quo eadem adjudicatio valida, & iusta reputata fuerat.

1. Et quidem non obtulit prima nullitas elicta ex defectu citationis prædictarum fororum, quia illa statim tollebat sola inspectione actorum, ex quibus consistit, quod post expressa in citationibus nomina omnium fratrum de Pilorcis superaddita fuerunt verba illa, & alios de Pilorcis: sub quorum sanè appellatione indubie comprehensæ dicebantur præfata forores, utpote quæ alias prædicta verba, & alios de Pilorcis fuissent superflua: (a) contrariis auctoritatibus procedentibus, quando citatio esset adeo vaga, generalis, & indeterminata, ut ex ea deveniri nequirit ad cognitionem, & individuationem personarum citandarum, quod non accidit in præsentibus, nam dum post specificata nomina fratrum expressum quoque fuit cognomen aliorum de Pilorcis, non de aliis prædicabile, quam de prædictis fororibus, istarum citatio dicebatur certa, & determinata, concurrente præcipue identitate familia, conjunctione sanguinis, communi habitatione in eadem domo, & communi omnium interelle, (b) quia nomina signi-

cil. 262. n. 2. & firmatum fuit in decisione causæ dict. §. Quod autem in fin.

(a) Ex plene cumulatis in decisione, quæ revidebatur, §. Siquidem.

(b) Ut in puncto distinguit Rot. dec. 168. num. 13. Part. 7. & prosequitur præcedens decisio, §. Minime ob-

stante.

nificandorum hominum gratia reperta sunt, qui, si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest. (e)

2. Quin relevasset Notarium inscripsisse acta causæ, uti gesta inter Carolum Panem ex una, & Paulum, aliosque fratres de Pilorcis ex altera, quodque relatio, seu exequatur expressum in instrumento deliberationis loqueretur de Paulo, & aliis fratribus de Pilorcis, quasi ex hac mentione fratrum exclusæ fuerint forores, nam cum in citationibus adjectum non fuerit hoc nomen fratrum, sed illa simpliciter loquerentur de Paulo, & aliis de Pilorcis, atque ita implicite, & certitudinaliter comprehenderentur quoque forores ex superioris firmatis, istis potius citationibus deferendum erat, quam enuntiativa emissæ à Notario in extractione actorum, & assertioni Curforis, utpote quæ præsumuntur se habuisse relative ad præcedentes citationes, illudque nomen fratrum per errorem adjectis: (d) prout nullatenus relevare visum fuit, quod ex liberulo citationum aservari solito per Curforem, & ex postrema depositione ejusdem Curforis appareat citatum fuisse solum Paulum de Pilorcis: 3. quia cum idem Curfor post exequutas citationes retulerit Notario relationem stipulantem ipsum citasse Paulum, aliosque de Pilorcis, hæc tunc publica relatio attendenda erat, non quod ipse postmodum memoria gratia in suo privato liberulo inscripsit, vel quod ex intervallo extrajudicialiter testatus fuit. (e)

4. Momenti nec reputari promeruit altera nullitas desumpta ex omissione citationis filiorum Josephi de Pilorcis lite pendente defuncti, quodque eidem in infantili ætate constitutus deputatus non fuerit Tutor, vel Curator ad lites; nam cum nunquam doctum fuerit se immiscuisse hereditariæ paternæ, quin imò ipsimet declaraverint, nolle esse hæredes partis, & in hoc eodem animo adhuc hodie persistant, nulla aderat necessitas eos citandi, vel eidem deputandi Curatorem. (f)

5. Tertiam nullitatem deducebant scribentes pro Pilorcis ex deficientia Edictorum, quæ in subhaftationibus publicari, seu affigi debent; (g) sed hæc pariter statim detecta

fuit minus habens, ex quo loco Edictorum adhibita fuerunt Bannimenta facta per Tubicinam juxta stylum illius loci, cujus solemnitates potius attendendæ in deliberationibus, quam illæ præscriptæ à Jure communi. (h)

7. Quarta demum, & ultima nullitas erui prætendebatur, ex quo subhaftatio consummata fuerit post elapsum terminum unius mensis datum ad relucendum absque nova citatione, & novo decreto Judicis requisitis pro validitate actus ex Decis. 703. num. 1. cor. Buratto, sed frustra, quia cum terminus dicti mensis fuerit appositus ad favorem debitorum, ut potuissent, illo durante, vel pignus luere, vel per majorem oblationem conditionem suam meliorem facere, hinc si creditor, statim elapso mense, non curavit bona ultimo offerendi deliberare, vel sibi adjudicare, sed voluit post decem alios menses expectare, ut vel debitores commodius illa luere valerent, vel majorem oblatorem invenirent; non videbatur, cur iidem debitores modo conquererentur de hac mora creditorum in non consummando actum deliberationis, 8. quando indubium est, quod per hujusmodi moram eorundem debitorum conditio non quidem deterior, sed melior fuerit effecta, & proinde adjudicatio, sive deliberatio rectè etiam absque alia citatione, & Judicis decreto fieri, & consummari valuit post effluxum dictum terminum. (i)

9. Decisio vero Buratti in oppositum allegata procedit, quando per oblationem superventam post elapsum terminum ad relucendum non efficitur melior conditio debitoris. (j)

Et ita, &c. utraque, &c.

R. P. D. CINCIO.

VELITERNA REINTEGRATIONIS.

Lunæ 16. April. 1731.

ARGUMENTUM.

Consilio de injustitia sententiæ immisionis in Salviano, reo conceditur reintegratio. Sententia

(e) Sunt verba text. in §. Si quis in nomine, Instit. de Legat.

(d) Juxta animadversæ per Alex. conf. 156. n. 9. lib. 6. Ciarlin. controuv. 180. n. 13. Rot. cor. Bich. dec. 466. n. 15. & dec. 529. n. 22. cor. Emer. Jun. dec. 1807. sub n. 11. & in recent. dec. 73. n. 8. part. 17.

(e) Ut in specie dixit Rot. cor. Ludovis. dec. 173. n. 2. & cor. Bich. dec. 440. n. 9. & 10. & cor. Cerro, dec. 81. n. 1. & seq.

(f) Juxta concordantes late adductos in præcedent. decisione, §. Quantum verum.

(g) Juxta Constitutionem 71. Paul. V. de Reform. Tribun.

(h) Tenent in specie Pap. de Arrest. lib. 13. tit. 9. arrest. 1. Posth. de Subhast. in spec. 24. n. 5. & 6. Rot. post eum dec. 34. n. 17. cor. Duran. dec. 445. n. 18. & seq. cor. Bich. dec. 477. n. 7. & seq. in recent. dec. 64. n. 20. part. 11. & dec. 169. n. 9. part. 16.

(i) Ut in puncto respondit Rot. post Posth. de Subhast. dec. 64. n. 5. & seq.

(j) Et eandem explicat mox allegata, dec. 64. n. 8. in fin.

rentia est nulla, non citatis interesse habentibus: plura pro exclusione qualitatis hæreditariæ.

SUMMARIUM.

- 1 **R**es iudicata oritur per tres sententias conformes.
- 2 Restitutio in integrum non conceditur, nisi constito de nullitate, vel iniustitia sententiarum.
- 3 Constituto de nullitate, & iniustitia Salviani actori concessi, reo succurritur per reintegrationem.
- 4 Citari omnino debet habens principale interesse in causa.
- 5 Defectus citationis parit insanabilem nullitatem.
- 6 Immissio in Salviano deneganda est, ubi reus bona retinere potest titulo fideicommissi.
- 7 Vel pro credito anteriore.
- 8 Qualitas hæreditaria in filio non induitur ex possessione bonorum paternorum, quæ retinere potest alio titulo, quam hæreditario.
- 9 Probari debet plenè, & concludenter.
- 10 Non probatur ex actibus referibilibus ad titulum pietatis.
- 11 Puta, ex solutione legati pii facta, sub protestatione, ne ex neglecto suffragio dedecus in familia induceretur.
- 12 Nec ex actibus, qui fieri potuerunt contra jus & nomen hæredis.
- 13 Mulier sine solemnitatibus Statutariis hæreditatem adire non potest.

DECISIO XI.

Pro extinguendis propriis debitis Laurentius, & Lelius germani fratres de Bubalellis, una simul cum Ormisia, & Lavinia de Bubalellis ex Horatio prædefuncto fratre nepotibus venderunt anno MDCXXIII. Joanni Baptista Pelagato eorum domum cum furno, positam in Civitate Velitris, quæ cum tractu temporis pervenisset in Virgilium de Philippis, & adversus ipsum Eleuterius, & Alcides de Torutiis causam habentes à Dario Turotio, ad effectum de reintegrandi de damnis passis, occasione evictionis cujusdam census scutorum 100. in forte eidem Dario à præfatis Laurentio, & Lelio de Bubalellis celsi, reportasset usque de anno MDCXLVII. in Curia Episcopali Velitris favorabile iudicatum, super immissione in Salviano in possessionem ejusdem domus, non auditis, nec citatis DD. Ormisia, & Lavinia fororibus de Bubalellis pro defensione Virgil. de Philip. ad causam admisis. Hinc Philippus, & alii de Paulis hæredes

(a) Ad text. in Clem. *Ut calumnias*, de *Sentent. & re judic. leg. unic. Cod. Ne liceat in una, eademque causa tertio pro-*

dd. Ormisia, & Lavinia, postquam judicialiter condemnati fuerunt ad liberandum à molestiis hæredes Virgilii ex causa immissionis in Salviano, per eundem Virgilium passæ, reasumendo antiquam litem cum DD. de Torutiis, sive eorum luccessoribus in gradu restitutionis in integrum, ab Emin. Episcopo Velitris reportate, per tres conformes sententias obtinuerunt reintegrationem ad possessionem domus cum Furno, condemnatis desuper eidem de Torutiis ad restitutionem fructuum.

In hoc rerum statu, occasione faciendæ liquidationis fructuum restituendorum, orta fuit contentio, à quo tempore fructus essent liquidanda, vel à die motæ antiquæ litis, in qua Torutiis fuerunt iniuste in Salviano immissi, vel à die obtentæ per Philippum de Paulis restitutionis in integrum, cujus vigore concessa extitit reintegratio ad domum, & disputata causa cor. bon. mem. Cornelio, uti Judice ab Emin. Episcopo Velitris deputato, sub die XXVIII. Jun. MDCCXXXVIII. proditit resolutio Philippo, & aliis de Paulis favorabilis, discernens, fructus deberi à die motæ antiquæ litis: cumque Eleuterius, & alii de Torutiis, in quorum contumaciam emanavit resolutio, ex indulgentia Sacri Tribunalis ad beneficium novæ audientie fuerint admisi, & interim curaverint, ab eodem Emin. Episcopo Velitris delegari mihi cognitionem causæ in locum dicti bon. mem. Cornelii, etiam in gradu restitutionis in integrum adversus dictas sententias conformes, super reintegratione ad possessionem domus cum furno per Philippum, & alios de Paulis obtentas, hinc propositi in hodierna Audientia dubium: *An constet de re iudicata, ita ut sit standum in decisis, seu potius de causis restitutionis in integrum, ita ut recedendum à Decisio: cui Domini, informantibus R.P.D. Cajetano Comite Alphonso, ceterisque fratribus de Paulis, non obstante dilatione, per illos de Torutiis petita, responderunt: Pro informantibus, nempe, confare de re iudicata, & quoad fructus esse persolvendum in decisis, injuncta mihi extensione geminæ decisionis, quarum altera concerneret negotium principale, de quo hic agitur; altera vero restitutionem fructuum.*

1. Præsupposito enim, quod Philippo, & aliis de Paulis per tres conformes sententias concessa extiterit reintegratio ad possessionem domus cum furno, ad quam anno MDCXLVII. præfati de Torutiis immissi fuerant in Salviano, dubitari non valet, quin orta fuerit res iudicata: (a) 2. adeo ut con-

cur-

cor. Rot. dec. 50. n. 4. cor. Priol. dec. 28. n. 2. & 3. cor. Bich. & in Mantif. Card. de Luc. dec. 11. n. 1. lib. 6. tom. 3.

currente illarum iustitia, & sic deficiente læsione, frustra remedium restitutionis in integrum imploratur. (b)

3. Iustitia vero undique clara emerfit, ex quo sententia immissionis in Salviano lata favore DD. de Torutiis anno MDCXLVII. contra Virgilium de Philippis, qui, ut authrices laudaverat Ormisiam, & Laviniam de Bubalellis, patenti nullitate & iniustitia laborat; ideoque fratribus de Paulis hæredibus Ormisia, & Lavinia omni jure debebatur reintegratione. (c)

4. Quantum namque attinet ad nullitatem, ista resultat, ex quo sententia promulgata dignoscitur, non citatis dd. Ormisia, & Lavinia de Bubalellis, quæ uti authrices laudatæ Virgilii de Philippis fuerunt admittæ ad causam, & litem in se assumptæ, productis etiam juribus pro excludenda petita immissione: unde, cum dictæ de Bubalellis essent necessario citandæ, dum ad illas spectabat principalis causa defensionis, & principale interesse, (d) 5. defectus proinde citationis parit insanabilem nullitatem: (e) 6. pariterque patens redditur iniustitia, ponderando, quod memorata domus cum furno proveniebat à Sancte de Bubalellis, qui institutus hæredibus Laurentio, Lelio, & Horatio filiis, illos, quatenus obirent sine filiis legitimis, & naturalibus, ad invicem substituit; quo circa, si Ormisia, & Lavinia de Bubalellis excluderent Torutios à petita immissione in Salviano, pro credito evictionis census per Laurentium, & Lelium de Bubalellis celsi, nedum ex titulo fideicommissi ab eodem Sancte de Bubalellis ordinati, ad quod eadem Ormisia, & Lavinia filia dicti Horatii, uti in conditione positæ ex Statuto Urbis cap. 142. locum habente in Civitate Districtuali Velitris, erant dispositive vocatæ, sed etiam ex credito anteriore dotis Egidia de Gallinellis earum matris, in cujus satisfactionem pro intransi quantitate à memoratis Laurentio, &

Lelio de Bubalellis assignata fuerat domus cum furno, non sine manifesto gravamine concedi poterat immissio, quæ semper deneganda venit, ubi bona retineri possint, vel titulo fideicommissi, (f) 7. vel pro credito anteriore. (g)

8. Non obstat exceptio, quod Ormisia, & Lavinia de Bubalellis non possent allegare fideicommissum, minisque creditum anterius dotis maternæ, ex fundamento, quod fuerint hæredes, nedum Laurentii, & Lelii de Bubalellis patruorum, qui erant debitores illorum de Torutiis, sed etiam Horatii de Bubalellis patris obligati ad dictum debitum ratione communionis universalis, quæ inter ipsum, ac Laurentium, & Lelium fratres intercessit: quoniam qualitas hæreditaria respectu Horatii non remanet justificata ex possessione Bonorum, quæ ad dictum Horatium spectabant ex testamentaria dispositione Sanctis de Bubalellis ejus patris, eo ipso, quod Ormisia, & Lavinia habebant titulum illa retinendi, tum ex fideicommissio ordinato à dicto Sancte, tum ex credito dotis maternæ, (h) & quatenus concludenter probari posset, in nihilo relevaret, dum minime constat de asserta communiione universalis inter Laurentium, Lelium, & Horatium de Bubalellis, quæ ad effectum illum obligandi ad debita per fratres contracta, univocas, & undique claras exigit probationes. (i) 10. Deficit pariter probatio qualitatis hæreditariæ in ordine ad Laurentium, & Lelium, quæ sicuti desumi non potest ex solutione legati Millarum per dictum Lelium relicti, cum hujusmodi actus, tanquam referibilibus ad titulum pietatis, perneccesse qualitate hæreditariam non inducat, (j) 11. præsertim in concursu expressæ protestationis per dd. Ormisiam, & Laviniam de Bubalellis emissæ, quod ad solutionem legati Millarum deveniebant, ne ex neglecto suffragio macula, & dedecus in eorum familia, & parentela induceretur. (k)

D 2

Ita,

(b) Leg. 4. §. *Condemnatum*, ff. de *Re judic. Rot. dec. 123. n. 1. cor. Cell. dec. 222. n. 16. part. 13. recent. & in Melivitana *Fuvispatronatus* 29. April. 1701. §. *Potissimum*, cor. clar. mem. Card. de la *Trenouille*.*

(c) Rot. dec. 223. n. 5. Part. 7. recent. dec. 337. n. 2. cor. Cavalier. dec. 158. n. 6. cor. Buratt. dec. 749. n. 1. cor. Emer. Jun. & ad ornat. Card. de Luc. dec. 27. n. 1. & 2. lib. 4. tom. 2.

(d) Gloss. in leg. *De unoquoque*, ff. de *Re judic. Card. de Luc. de *Judic. disc. 22. n. 3. Rot. dec. 242. n. 7. & 8. part. 9. recent. & dec. 439. n. 5. cor. Roxas*.*

(e) Thomat. dec. 227. n. 6. Rot. dec. 412. n. 3. cor. Ubald. dec. 107. n. 6. cor. Roxas & dec. 395. n. 3. cor. Priol.

(f) Rot. dec. 946. n. 1. cor. Burat. dec. 910. n. 22. cor. Dunozet. Junior. & dec. 1205. num. 1. & 5. cor. Emerix Jun.

(g) Ad textum in leg. *Qui generaliter*, & leg. *Creditor*, ff.

*Qui pot. in pign. hab. Rot. dec. 884. n. 1. cor. Buratt. dec. 50. n. 8. post Merlin. de Pign. dec. 60. n. 4. cor. Cavalier. dec. 297. n. 6. part. 10. recent. dec. 757. num. 1. cor. Emerix Jun. & in *Faventina Salviani* 1. Maii 1700. §. *Sublata* igitur, cor. bon. mem. Anfall.*

(h) Leg. *Gerit* 88. ff. de *Acquir. vel amit. hæredit. Surd. conf. 350. n. 17. Rot. dec. 273. n. 5. part. 17. recent. & dec. 428. n. 8. cor. Priol.*

(i) Cyriac. controv. 477. n. 8. Rot. dec. 214. n. 15. Part. 6. & dec. 431. n. 2. part. 19. tom. 2. recent. dec. 94. n. 7. cor. Othobon. dec. 288. n. 13. cor. Priol. & dec. 10. n. 4. cor. Pamphil.

(j) Bart. in leg. *Si quis*, §. *Plerique*, ff. de *Religios. & sumpt. funer. Mantie. de Conjectur. ultim. volunt. lib. 12. tit. 10. n. 9. Surd. dec. 255. n. 13. Rot. dec. 771. n. 2. cor. Emerix Jun.*

(k) Ut advertit Mart. de Succ. legal. Part. 4. quæst. 14. art. 2. n. 17.

12. Ira, ne quidem erui valet à solutione debiti, sive extinctione census imposti per Laurentium de Bubalellis favore Dominorum de Ginnertis, quia dictæ mulieres id non egerunt, uti hæredes Laurentii; sed censum translativè acquisiverunt cum pecuniis partim propriis, & partim ab Eleuterio Lucio eorum consanguineo receptis: unde fit, quod hujusmodi actus, qui expleri potuit, prout de facto fuit expletus, citra jus & nomen hæredis, qualitatem hæreditariam non importet: (1) 13. accedente præterea, quod prædictæ Ormilia, & Lavinia de Bubalellis nullo modo se declarare potuissent hæredes, nisi servatis solemnitatibus Staturariis respectu mulierum in additione hæreditariis necessariis. (m)

Et ita altera, &c.

R. P. D. CALCAGNINO.

ROMANA EMPHYTEUSIS.

Veneris 16. Maii 1732.

ARGUMENTUM.

Constat de spolio, quoties Judex nulliter, & injuste reum possessione privavit. Defectus citationis parit nullitatem insanabilem. Citatio certæ personæ, & aliorum de domo non dicitur vaga, sed specifica. Quando fit necessaria deputatio Curatoris ad lites, & alia.

SUMMARIUM.

1. **Q**uoties signatura rescripsit: Constat de re judicata: ista supponenda est.
2. Restitutio in integrum non conceditur, nisi doctio de injuria rei judicata.
3. Fortius, ubi suborta fuit post longum agitatum judicium.
4. Judex spoliatum committit, nulliter & injuste privando reum sua possessione.
5. Defectus citationis parit insanabilem nullitatem.
6. Citatio tertæ personæ individualiter expressa, & aliorum de domo valida est.
7. Et afficit etiam alias personas de domo sub specialitate cognominis comprehensas.
8. Præsertim, quando pars eadem formula citandi usus fuit.

(1) Rot. decif. 358. n. 9. cum duobus seqq. part. 12. & decif. 232. n. 14. part. 13. recent. decif. 137. n. 33. cor. Prol. & decif. 655. n. 6. cor. Emerix Jun.

(m) Card. de Luc. de Hæred. difc. 14. n. 3. Thomat. de-

9. Modus citandi semel inter partes approbatus, amplius reprobari non potest.

10. Deputatio Curatoris pro minore necessaria non est, ubi fratres majores æquale jus habentes litem strenue sustinent.

11. Nullitas ex defectu Curatoris ad lites non attenditur quoties, eo deputato & citato, contraria sententia evitari non potuisset.

12. In contractibus emphyteuticis pacta servari debent.

13. Judex in ambiguis sequi debet sententiam, quæ potiori facti, & juris assistentia fulcitur.

14. Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.

15. Mora continua requiritur ad effectum devolutionis.

16. Præfixio termini ad certum effectum, ad alium non extenditur.

17. Nemo debet damnum ferre ex aliena malitia proveniens.

18. Tacitum cedit expresso.

19. Procurator in committendo principali non præjudicat.

20. Multo minus loco pio.

21. Probato errore, mutatur scripturæ tenor.

22. Devolutio ob non solutos canones in emphyteusi Ecclesiastica oritur per biennium.

23. Pactum ambiguum ad tramites juris interpretatur.

24. Pactum Ecclesiæ damnosum indiget Beneplacito Apostolico.

25. Beneplacitum Apostolicum obtentum sine expressione pactorum juris dispositioni contrarium nullum est.

26. In consuetu duorum instrumentorum à duobus Connotariis scriptorum, illud prævallet quod juris dispositione magis confirmatur, & in judicio approbatum fuit tempore stipulationi proximo.

27. Factio casu devolutionis, dominium utile consolidatur cum directio.

28. Emphyteuta devolutionem incurrit, omitendo promissam adificationem, & rem emphyteuticam deteriorando.

29. Deficiente pacto speciali, hoc etiam proccedit de jure.

30. Et ex natura contractus emphyteusis, quæ ad meliorandum conceditur.

31. In emphyteusi Ecclesiastica exigi possunt canones citra remissionem devolutionis.

32. Tacti virtus ab expresso infirmatur.

33. Deputati exigendo canones post accepta-

tif. 23. n. 8. Rot. cor. Merlin. decif. 857. n. 8. cor. Celso decif. 129. n. 4. cor. Cerro, decif. 21. n. 5. & ad ornat. Card. de Luc. de Testament. decif. 21. num. 31. lib. 9. tom. 1.

tatam devolutionem, Monasterio non præjudicant, & devolutionem remittere non possunt.

34. Speciale mandatum Procura requiritur, tum pro acceptanda, tum pro remittenda devolutione.

35. Caducitas pluribus in casibus conventa ex verificatione unius incurritur.

36. In dubio standum pro eo, qui agit pro damno evitando.

DECISIO XII.

ANNO MDCLIII. Moniales Sanctæ Marthæ Urbis capitulariter congregatæ locarunt in emphyteum domum, & una simul situm connexum pro annuo canone scilicet 80. Asciano Rosæ, & ejus filii natis, & nalcituris, usque ad tertiam generationem, pactis appositis, ut intra circulum annorum decem dicti Emphyteuta meliorarent dicta bona pro scitis mille, quodque deficientes in solutione conventi canonis per biennium locus esset devolutioni, ut ex instrumento rogato die XXVI. Septemb. ejusdem anni, Summario Monasterii num. 1. utriusque pacto contravenient antedicti Emphyteuta, quoniam nec conventam meliorationem fecerunt, nec per biennium, sed diutius desisterunt in solutione canonis. Quam ob rem dictæ Moniales die XXIX. Aug. MDCLXIX. repentes in actis instrumentum antedictæ concessionis adversus Joan. Baptistam, & alios filios, & hæredes præfati Asciani declararunt, & respectivè acceptarunt dd. bonorum devolutionem, quamve judicalem protestationem repetierunt sub die XXV. Jun. MDCLXX. citato Summ. num. 1. & 2.

Hinc antedictæ Moniales die XIII. Octob. ejusdem anni MDCLXX. judicialiter simul postularunt, ac obtinuerunt mandatum de assoluendo, & respectivè de manutenendo in proprietate, & usufructu prædictorum bonorum, cujus vigore actualem, & corporalem possessionem apprehenderunt, & statim deinde assumpta disputatione inter prædictum Joan. Baptistam, & alios de Rosæ nominibus, &c. tam conjunctim, quam divisim altera ex partibus super judicio devolutionis, seu caducitatis dd. bonorum, obtinuerunt antedictæ Moniales die VII. Januar. MDCLXXII. à R. P. D. Fano favorabilem sententiam declarantem, dicta bona devoluta esse ad prædictum Monasterium, uti dominium directum: citato Summ. num. 6. Cunque bona in notabili deteriorationis statu reversa fuerint, pro eorundem necessaria restitutione opus fuit Monialibus notabilem summam impendere, prout constat ex documentis exhibitis citato Summ. num. 7.

Verum enim vero post pacificam XXII. annorum acquiescentiam insurrexit Maria Julia una ex filiis dicti Asciani, ac insimul alter Ascianus Junior, Catharina, & Anastasia filii ex Asciano fratre dictæ Mariæ Julæ instaurantes judicium in actione spollii, & respectivè pro manutatione, seu reintegracione ad possessionem spediatorum bonorum; sed post sedulam, & triennem causæ discussionem cor. clar. mem. Card. Sperellio, tunc Vicegerente, is de anno MDCXCVI. censuit, prædictam R. P. D. Fani sententiam approbare, ac una simul declarare, non constituisse, neque constare de præsenso spolio, ac Moniales absolvit ab impetitis per antedictam Mariam Juliam, alioque litis consortes, citato Summ. num. 8. qui licet per decursum XIV. annor. acquieverint, nihilominus anno MDCCX. dissimulantes prædictarum sententiarum statum, instaurarunt judicium adversus spediatorum Monasterium pro traditione notule juratæ exactarum pensionum ex antedicta domo, & situ; ast dd. sententiis ex parte Monasterii oppositis coram R. P. D. Auditore Signaturæ, is decrevit prævia circumscriptione, omnium actorum causam spectare ad Judicem Commissarium.

Huic promotæ instantiæ superaccessit alterum quoque XIV. annor. silentium, quoniam de anno MDCCXXIV. præfata Maria Julia, & litis consortes iterum insisterunt cor. R. P. D. Vicegerente, pro traditione notulæ juratæ, & respectivè mandato de manutenendo, quod cum nulliter & præcipitanter expeditum fuerit, merito idemmet Vicegerens ejus successivo decreto illud revocavit, & acta gesta circumscripsit, citato Summario num. 13. Post quinquennium à die emanati hujus decreti denuo insurrexerunt spediati succumbentes coram eodem Vicegerente, expetentes restitutionem pensionum perceptarum ultra canones debitos, & obtinuerunt mandatum favorabile una cum sententia adversus exceptionem sententiæ latæ à R. P. D. Fano. à qua sententia, & decreto interposita per Moniales reclamacione ad Tribunal Signaturæ Justitiæ, & deducta sententia jam diu lata ab Emin. Sperellio prodit rescriptum circumscriptum prædicti decreti, & sententiæ R. P. D. Vicegerentis, mediante clausula: *Alteri ex integro à sententia Emin. Sperellii cum clausula de causis sine præjudicio rei judicatæ, & commissio cum fuerit mihi directæ, subscripsi ad instantiam dictæ Mariæ Julæ dubium: An constet de re judicata, seu potius de causis restitutionis in integrum?* quæ cum interim obierit, illud in hodierna Audientia ad instantiam supraddictæ Anastasiæ resolvendum proposui DD. meis, à quibus responsum habui, affirmativè quoad primam partem, negativè quoad

quoad secundam.

1. Merito jure responsum fuit, *constare de re judicata*, quia usque de anno MDCXCVI. lata fuit sententia ab Emin. Sperelio adversus Mariam Juliam, & alios de Rosis conquerentes de passio judiciali spolio ex sententia R. P. D. Fani, ita quod juxta virtutem prædictæ clausulæ, *sine præjudicio rei judicæ*, nostræ non sunt partes de illius concursu inquirere, sed quidem supponenda est; (a) 2. solumque remanet investigandi potestas circa injusitiam ejusdem, sine qua frustra imploratur a succumbente remedium restitutionis *in integrum*, taliter ut adigitur perspicuis docere probationibus, se à priori sententia injuste læsum fuisse: (b) 3. potissimum, quia dicta res judicata non provenit ex negligentia succumbentis, quoniam fuit obtemperata in contradictorio judicio per triennium agitato cum diuturna ejusdem observantia. (c)

4. Actrix, cui incumbat onus probandi injusitiam rei judicæ, ut consequeretur expetitam restitutionem *in integrum*, illam emergere autumat, ex eo quod cum Maria Julia, aliique de Rosis postulaverint coram Emin. Sperelio, ut pronuntiaret super spolio judicialiter passio ex sententia per defectum citationis nulliter lata à R. P. D. Fano, & injuste decedente bona, de quibus agitur, & ad quæ jam Moniales erant associatæ, devoluta esse, & proprietatem cum directo dominio fuisse consolidatam cum usufructu favore dicti Monasterii, nihilominus prædictus Eminens. pronuntiavit, non constare de dicto prætenso spolio, & prædictas exceptiones dicti prætenso spolio non obstitisse, neque obflare, quapropter in justam tulisse sententiam, cum manifestissimi juris sit constare de spolio, quoties Judex nulliter, & injuste alterum è sua possessione privavit: (d) 5. prædictaque nullitas sententiæ R. P. D. Fani deducebatur, ex quo dicta Maria Julia in prædicto judicio citata non fuerat, qui citationis defectus tanquam de tribus causat nullitatem sententiæ. (e)

6. Verum animadverterunt PP. prædictum

citationis defectum non verificari, quippe quia æquipolenter concurreret citatio ex actis usque ad sententiam inclusivè ibi: *Inter dictum Joann. Baptistam, & alios de Rosa nominibus, &c.* nam sub dicto collectivo pronomine *aliorum de Rosa* in qualibet citatione expresso afficiebatur æque Maria Julia: (f) 7. præmaxime, quia illud collectivum pronomen *aliorum* non manet sub genericis, & vaga significatione, ob quam juxta præscriptum juris, & reformationem san. mem. Pauli V. haberi debuisset, ac si citatio facta non esset, sed ejus genericis expressio redacta fuit ad specificam significationem per adjectum cognominis *de Rosa*, ita ut cum substantia judicii percureret coæquale, & commune jus istorum omnium de Rosa, satis est istorum aliquos nominatim citatos fuisse, ut reliqui ejusdem familiæ *de Rosa* sub eadem specialitate cognominis comprehenderentur. (g)

8. Quod comprobatur factis prædicti Joan. Baptistæ, & aliorum *de Rosa*, qui tunc in limine ferende sententiæ protestationem emisissent, quod citari deberent omnes interesse habentes, quæ protestatio ita concepta legitur ibi: *Pro D. Joan. Baptistæ, & aliis de Rosa: præsentis Summ. Actricis num. 15.* proinde dum ipsi omnes de Rosa usi sunt eadem formula citandi, tanquam legitime procedentes, incivile nunc videtur alio jure adversus colligantem uti: (h) 9. eo magis, quia in illo præambulo allocationis judicio ad bona, de quibus agitur, adversus dictos *de Rosa* confirmato in dicta sententia devolutionis, illud inchoatum, & expeditione mandati *de associando* fuit absolutum eadem identica citandi formula ibi: *Contra D. Joan. Baptistam, & alios de Rosa: Summ. Monasti. num. 4. & 5.* & nihilominus dicta Maria Julia dissimulans dictæ devolutionis sententiam non dedit de nullitate prædicto judicio associationis, ex quo deficeret ejusdem specifica citatio, sed quidem illud firmum, ac ratum habuit, expolens non semel, sed bis notulam juratam: ex quo sequitur, ut citandi modus jam in judicio inter cas-

dem-

demmet partes approbato perperam nunc reprobetur. (i)

10. Abique eo quod prædictæ nullitati fomentum præbeat defectus deputationis Curatoris ad Lites pro legitimatione judicii in persona Mariæ Juliam tunc minorem ætatem agentis, quoniam, cum in judicio steterint ejus fratres ætate majore æquale jus habentes, ac litem strenue sustinentes, opus haud fuit dicta Curatoris deputationes: (j) ea ratione, quia cum nec diversum, nec plus juris habuisset dicta Maria Julia, quam ejusdem fratres, adhuc Curatore dato, contrariam sententiam passa fuisset: porro quia stantes in judicio idem, & coæquale jus habentes, illudque acerrime tuentes eam evitare non potuerunt: (k) 11. quemadmodum comprobavit eventus, dum prædicta Maria Julia anno MDCXCVI. coram Emin. Sperelio suo nomine, & aliorum *de Rosa* judicium in actione spolio instituit, in quo, licet omnia jura sibi competentia certe deduxerit, nihilominus post triennem causæ discussionem ipsa non valuit obtinere in firmationem dictæ sententiæ R. P. D. Fani, quinimo pari fratrum sorte succubuit, citato Summario num. 8. ex quo eventu recte comprobatur, nihil obesse defectum dicti Curatoris, quinimo nec defectum citationis, si quæ etiam adfuisset, quia hujusmodi nullitas non attenditur, quoties, ubi & Curator fuisset, & citatio intercessisset, adhuc devolutionis sententia præparari nec potuisset. (l)

12. Ex his factis comperto, actricem defectisse in probatione ejus intentionis circa oppositam nullitatem sententiæ, fatagit proinde ostendere ejusdem injusitiam, ex eo quod prædictus R. P. D. Fanus perperam judicaverit, factum esse locum devolutioni, ex quo ejusdem actricis auctores defecerint per biennium, & paulo ultra solvere annuos canones, cum de cætero, nisi post lapsum decem annorum ex pacto, canonibus non solutis, devolutioni aperiri potuerit aditus, cum nil certius in contractibus emphyteuticis, quam pacta servari oportere, & secundum ea jus dicere. (m)

13. Verum enim vero PP. vilius est facile dilui obiectum injusitiae ex præhabita animad-

versione, unum quidem formaliter esse instrumentum, licet quoad ejus scripturam duo materialiter sint, alterum existens in Protocollo Notarii Capitolini de illo rogati, alterum per acta Angelini in solidum pariter rogati cum dicto Marchetto, utrumque sub eadem die XXV. Sept. MDCLIII. in illo quidem Marchetti legitur pactum devolutionis ob non solutos canones per biennium continuum: in altero autem Angelini per decennium continuum; quamobrem, ut colligatur, an rite & recte sæpeditus R. P. D. Fanus processerit, revocandum est ad examen, an potius assertioni biennialis moræ, seu potius decennialis deferendum sit, cum altera eorum necesse sit de errore Notarii, cum utrumque simul consiliter nequeat: in quibus circumstantiis Judicis officium est in ambiguis eam sequi sententiam, quæ potiori facti & juris assilientia fulcitur. (n)

Hinc ex parte actricis, ut stari deberet assertioni decennialis moræ, proponebatur in categoria circumstantiæ, quod Angelinus erat Notarius Vicarii, Marchetti vero, qui insimul rogatus est, erat Notarius Capitolinus, ideo præsumitur, quod Angelinus, tanquam dignior, instrumentum rite fecerit, dum inter Notarios in solidum rogantes, qui dignior est, minutam extendit, & coram testibus instrumentum legit, & alter recipit ab illo exemplum, redigitque inter suos rogatus: maxime quia ipse resolvit taxam Archivio, & in eo copiam exhibuit.

14. Quod quidem, quidquid sit quisnam eorum alterutro sit dignior, nam Notarii Capitolini formatum habent Collegium cum suo Decano pluribus Apostolicis Constitutionibus condecoratum, ut ex collatione Statuti ejusdem Collegii, supradicta tamen circumstantia referenda est inter simplicem præsumptionem, aut possibilitatem excludit, nimirum, quod & ab ipso Marchetto Connotario confecta fuerit minuta, & extensum instrumentum, cum id pendeat a libero contrahentium arbitrio, vel Monialium, vel Deputatorum, vel ejusdem Emphyteutæ, qui maluerint potius principaliter uti Marchetto, quam Angelino; taliter ut ob-

ject-

(a) Rotæ in Spoletana, seu Sabina. Causis super reservatione 21. Jan. proxime præteriti, §. Quandoquidem, coram me.

(b) Rot. decif. 75. n. 10. cor. Herr. & in Eugubina Concursus 16. Jan. proxime præteriti, §. Etenim, cor. me.

(c) Rot. in Roman. Pensionis 7. Mart. proxime præteriti, §. Merito quidem, cor. me.

(d) Abb. in cap. Conquerente, n. 2. de Restit. spoliat. cum concord. per Rot. in decif. 6. n. 1. tit. de Subst. coram Emin. Falcon.

(e) Vant. de Nullit. et defect. juridict. num. 6. Rot. decif. 396. n. 6. cor. Cavaler.

(f) Ut late discussio articulo firmavit Rot. in Terracinen. Spolio 7. Decem. 1725. à §. Hujusmodi ad plures seq. & in confirmatoria 3. Martii 1727. §. Et quidem nobisque, cor. bon. mem. Crispolt.

(g) Juxta bene firmata in decif. 682. n. 5. cor. Merlin. decif. 168. n. 13. part. 7. recent. & ad ornat. Card. de Luc. decif. 26. n. 1. & seq. lib. 4. tom. 1. & late in citata Terracinen. Spolio 7. Decem. 1725. §. Minime, & 3. Mart. 1727. §. Et quidem, cor. bon. mem. Crispolt.

(h) Rot. in Romana, seu Perusiana super annuis legatis 15. Jun. 1731. §. Quodque cor. me.

(i) Ad text. in cap. Semel, de Reg. jur. in 6. leg. Si quis, ff. Quod quis jur. in alter. Rot. in Romana Primogenituræ de nobilibus super reservatione 21. Februar. 1729. §. Verum enim cor. me.

(j) Ut firmavi in meis Observ. Pract. legal. part. 1. observ. 1. n. 47. & seq. Adden. ad Burat. decif. 440. sub n. 9. & Rot. cor. Emin. Falcon. decif. 17. num. 4. tit. de Expens.

(k) Ut prosequitur citata decif. 17. n. 4. vers. Fortius, cor. Emin. Falcon. & decif. 78. n. 25. cor. Ansaldo, & prius dixi in dict. mea Observ. n. 48. ubi concordant.

(l) Vant. de Nullit. tit. Quibus mod. sent. null. defend. poss. n. 18. & 107. Usert. de citat. cap. 14. n. 100. tom. 3. Surd. conf. 181. num. 28. & conf. 227. n. 17. Rot. decif. 291. n. 5. part. 10. decif. 267. n. 15. part. 19. recent. & decif. 577. 2. n. 11. & seq. cor. Molines, tom. 2.

(m) Leg. 1. & 2. Cod. de jur. emphyt. Giovagnon. consil. 44. n. 1. lib. 2. Cald. de Jur. emphyt. lib. 1. quest. 8. n. 9. & Rot. decif. 463. n. cor. Duno.

(n) Leg. in obscuris 105. ff. de Reg. jur. cap. Inspecimus eodem tit. in Cagnol. in leg. Semper in obscuris 29. num. 6. ff. eod.